

ne quis dubitet qualibet in re quid possit quantula-
cunq; assiduitas. Sepeliuntur inter se uiuentium solæ,
præter hominem. Non sunt in Sicilia pennatæ.

De Indicis.

CAP. XXXI.

Indicæ formicæ cornua, Erythris in æde Herculis
fixa, miraculo fuere. Aurum ex cauernis egerunt
terra in regione septentrionalium Indorum, qui
Dardæ uocantur. Iphis color felii, magnitudo Aegy-
pti luporum. Erutū hoc ab ijs tempore hyberno, Indi
furantur æstiuo feruore, conditis propter uaporem in
cuniculos formicis: quæ tamē odore sollicitatæ prouo-
lāt, crebroq; lacerāt, quamuis præuolocibus camelis
fugiētes. Tātā pernicitas feritasq; est cū amore auri.

De diuerſitate inſectorum. CAP. XXXII.

Multa autem inſecta & aliter naſcuntur, atq;
in primis ex rore. Inſidet hic raphani folio
primo uere, & ſpiſſatus ſole in magnitudinē
mili cogitur. Inde porrigitur uermiculus paruus, &
triduo mox eruca: quæ adieſtis diebus accreſcit, im-
mobilis, duro cortice: ad tactum tantū mouetur ara-
nei. Hæc eruca quam chryſalidem appellant, rupto
deinde cortice uolat papilio.

De animalibus in ligno, & ex ligno naſcen-
tibus.

CAP. XXXIII.

Sic quædā ex imbre generantur in terra, quædam
& in ligno. Nec enim coſſi tantū in eo, ſed etiā ta-
bani ex eo naſcūtur, et alia ubicunq; humor est
nimius: ſicut intra hominem tenia tricennum pedum,
aliquādo & pluriū longitudine. Iam in carne exani-
mi, & uiuentium quoq; hominū capillo, qua fœditate
& Sylla dictator, & Alcman ex clariffimis Græciæ
poetis, obiēre. Hoc quidem & aues inſeſtat, phasianas
uero interimmit, niſi puluerantes ſeſe. Pilos habentium
aſinū tantum immunē hoc malo credunt, & oues. Gi-
gnuntur autem & uestis genere, præcipue lanicio in-
teremptarum à lupis ouium. Aquas quoq; quaſdam,
quibus lauamur, fertiliores eius generis, inuenio apud
autores. Quippe cū et ceræ id gignant, quod aīalium
minimum exiſtimatur. Alia rursus generantur ſordi-
bus aridi ſoli, poſteriorum crurū laſciuiā petauriſta-
rum. Alia puluere humido in cauernis uolucris.

De animali, cui cibi exitus non
eſt.

CAP. XXXIII.

Eſt animal eiſdē turpitudinis, inſixo ſemp ſan-
guini capite uiuēs, atq; ita intumeſcēs, unū ani-
malium cui cibi non ſit exitus: dehiſcitq; nimia
ſatiēte, alimento ipſo moriens. Nunq̄ hoc in iumen-
tis gignitur, in bubus frequens, in canibus aliquando,
in quibus oīa. In ouibus & in capris hoc ſolū. Aequē
eſt mira ſanguinis & hirudinum generi in paluſtri
aqua ſitis. Nanq; & hæ toto capite cōduntur. Eſt &
uolucris canibus peculiare ſuū malum, aures maxime
lancinans, quæ defendi morſu non queunt.

De tineis & culicibus.

CAP. XXXV.

Idem puluis in lanis et ueste tineas creat, præcipue
ſi araneus una includatur. Sittit enim & omnem

humorē abſorbēs, ariditatē ampliāt. Hoc & in char-
tis naſcitur. Eſt earū genus tunicas ſuas trabētū quo
cocleæ modo. Sed harum pedes cernuntur. Spoliatæ
expirant. Si accreuerē, faciunt chryſalidem. Ficarios
culices capriſicus generat. Cantharides uermiculi fi-
corum & piri, & peuces, & cynacantha, & roſæ. Ve-
nenum hoc remedia ſecum habet. Alæ medētur, qui-
bus demptis letale eſt. Rursus alia genera culicum
acceſcens natura gignit. Quippe cum & in niue can-
didi reperiantur, & uetuftiore uermiculi: in media
quidem altitudine rutili (nam & ipſa nix uetuftate
rubescit) hirti pilis, grandiores torpentesq;.

De pyrali ſiue pyrauſta.

CAP. XXXVI.

Gignit aliqua & contrariū naturæ elementum.
Siquidē in Cypri ararijs fornacibus ex medio
igni maiores muſcæ magnitudinis uolat pēna-
tū quadrupes: appellatur pyralis, à quibusdā pyrau-
ſta. Quādiu eſt in igne, uiuit: cū euasiſt longiore paulo
uolatu emoritur. Hypanis fluuius in Ponto, circa ſol-
ſitiū defert aſinorū effigie tenues mēbranas: quibus
erūpit uolucris quadrupes ſupradicti modo, nec ultra
diē uiuit, unde hemerobion uocatur. Reliquis talium
ab initio ad finē ſeptenarij ſunt numeri, culici & uer-
miculo ter ſepteni, corpus pariētibus quater ſepteni.
Mutationes & in alias figuras tranſitus, trinis aut
quadrinis diebus. Cætera ex his pēnata, autumno fere
moriuntur: tabani quidem etiam cecitate. Muſcis hu-
more exanimatis, ſi cinere condantur, redit uita.

Historia naturæ animalium per ſingula
membra.

CAP. XXXVII.

Nunc per ſingulas corporis partes, præter iam
dicta, mēbratim tractetur historia. Caput ha-
bent cuncta q̄ ſanguinē. In capite paucis aīa-
lium, nec niſi uolucris, apices, diuerſi quidem gene-
ris. Phœnici plumarum ſerie, medio eo exeunte alio:
pauonibus crinitis arbuſculis, ſtympthalidæ cirro: pha-
ſiana corniculis: præterea parræ, quæ ab illo galerita
appellata quondam, poſtea Gallico uocabulo etiam
legioni nomen dederat alaunda. Diximus & cui pli-
catilem criſtam dediffet natura, per medium caput à
roſtro reſidentem. Et fulicarum generi dedit cirros.
Pico quoque Martio & grui Balearicæ. Sed ſpecta-
tiſſimum inſigne gallinacis, corporeum, ſerratum:
nec carnem id eſſe, nec cartilaginem, nec callum iure
dixerimus, uerum peculiare. Draconum enim criſtas
qui uiderit, non reperitur. Cornua multis quidem &
aquatiliū, & marinorum, & ſerpentium varijs da-
ta ſunt modis: ſed quæ iure cornua intelligantur qua-
drupedum generi tantum. Actæonem enim, & Cip-
pum etiam in Latina historia, fabuloſos reor. Nec
alibi maior naturæ laſciuiā. Luſit animalium armis.
Spaſit hæc in ramos, ut ceruorum. Alijs ſimplicia
tribuit, ut in eodem genere ſubulonibus ex argumen-
to dictis. Aliorum finxit in palmas, digitosque emiſit
ex ijs, unde platycerotas uocant. Dedit ramoſa ca-
preis, ſed parua, nec fecit decidua. Conuoluta in anfra-

Etuna